



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1658

§. 56. Et in templo, quo omnes Iudai conveniunt. v. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

stilitatem scholæ tuæ, & nolunt incedere per arctam viam vitæ. Error nimis
gravis & viris Christianis indignus est, quem odium animæ meæ, utinam
stulti isti saperent, & intelligerent, & novissima sua providerent!

§. 56. *Et in templo, quo omnes Iudæi conveniunt. v. 20.*

Et Synagogam & templum loca publica sunt, ad quæ convenire
verant quotquot volebant Iudæorum, & audire disputationes, lectiones, &
conciones Doctorum, & legisperitorum, & in hisce locis se docuisse ap-
te Christus fateretur, unde si erroneum quid docuisset, vel præter vel contra
legem scire poterant Iudæi, & Doctores ipsorum, & eum accusare: at nihil
invenit unquam vitij in sermone eius, & doctrina; imo omnia sancta &
immaculata, quæ ipsos Doctores in admiratione agerent, quia iustitiam
erant recta, latifcantes corda, melle dulciores & non erat illis scandalum.

Domine video te & in synagoga & in templo docuisse. Quando alii
homines attendo video multos sæpe docentes in Academijs & Gym-
nasijs, sed non æque in templo. Quod si ideo abstinent à doctore in tem-
plo, quod docendi in eo potestate carent. Bene est, alias si eis fas sit tibi do-
cere & non docent, nescio quid dicam, certe te non imitantur. Tu Domine
da cunctis, qui in templo docendi habeat potestatem, ut ferventer & pijs-
denter & pie doceant.

§. 57. *Et in occulta locutus sum nihil. v. 20.*

Pervulgatum est, quod qui male agit odium lucem, & quantum po-
test, venire ad eam refugit, ne opera eius deprehendantur mala, & palam
arguantur: ita qui hæreseos zizanas seminant, latebras & recessus quarunt,
& palam loqui erubescunt tam diuque differunt, donec magna assemblearum
multitudine muniti sint quæ prævalere valeant, similiter qui vera loquun-
tur in publicum, audacter prodeunt, ad lucem pergunt, ut ea cunctis frangere
perspicua quæ loquuntur, informant, erudiunt. Et ex eo Christus tacite
subinferre volebat quod, cum prædicasset palam in Synagoga & templo
nihil docuerit, nisi sanctum rectum, pium. Veruntamen occurrit questio:
nihilne domi? nihil cum una alterave persona ut Nicodemo, Samaritana
locutus est? Et occurrit Responsio, quod quicquid id fuerit, ipse semper
contentus fuit, ut à dicta in publicum propagarentur.

Q Pulchrum peccat, & candorem singularem Christi! utinam nos ser-
per ei studeremus sic, ut nihil loqueremur, quod non liceret in publi-
sum proferri, certe universus mundus melius haberet. At nos facere lo-
quimur